

TRACTATVS DE  
**IN LITEM**  
IVRANDO, SIVE AV-  
REA, ET SOLENNIS  
Repetitio I. Si quando.  
C. vnde vi.

DN. IOAN. BAPTISTA PLOTO<sup>o</sup>  
Iureconsulto, & Doctrinæ  
Nouaria authore.

Recens in paragraphos distinctus, & summarij  
illustratus cum indice locupletissimo.



*Burg.*

COLONIAE AGRIPPINÆ,  
Apud Ioannem Gymnicum, sub Mono-  
cerote. M. D. LXXXII.

Coll. Soc. Illustre Salm. ex dono Recitum.

IO. BAPTISTAE PLO<sup>3</sup>  
TI IVRE CONSULTI, ET DE  
CURIONIS NOVARIENSIS TRAC  
tus dein litem iurando, siue Aurea  
& solennis repetitio l. Si quan-  
do. C. vnde vi.

P R O O E M I V M

**S**i quando. Facturas interpretationem hu-  
ius sanctae, utilis, inviolabilis & practica-  
bilis legis, necessarium prius existimavi, di-  
uinum & sanctissimum nomen Domini no-  
stri Iesu Christi totius orbis redemptoris, & eius glorio-  
fissima virginis matris Mariae invocare: prout ex nunc  
genibus flexis invoco, ut cœptis meis aspirēt, & ad opta-  
tam metam fœliciter me ducant, eorum diuinā maie-  
statem orando: ut scribitur in libro Paralipomenon, Da  
mibi sapientiam & intelligentiam, ut ingrediar, & egre-  
diar coram populo tuo: est enim Deus scientiarum do-  
minus: ut habetur in primo Regum c. 11. Nec sine causa  
id egi. Nam si, ut diuinus attestatur Plato in eius primo  
libro Thimei, In minimis quoq[ue] rebus diuinū debemus  
auxiliū implorare. & sapiens ille Plotinus philosophus,  
totus vt aiunt Platonicus, ubiq[ue] istud vero verius esse in  
eius operibus prædicavit. Quantò magis ego Io. Baptistæ  
Plotus minimus inter Pontificij & Cesarei iuris Docto-  
res, id facere debeo, semper quidem, sed præsertim anno  
præsenti quo labitur annus Christianæ salutis quinqua-  
gesimus secundus supra mille & quingentos annos, que  
tempore ciuitas Novaria patria mea antiquissima ruinis

## S V M M A R I A.

- 1 Continuatio de lege ad legem non est necessaria.  
& nu. 12.
- 2 Continuatio quid sit: & qui sint eius effectus.
- 2 Continuatio de rubrica ad rubricam an cadat.
- 4 Statutum, quod possessio defuncti continuetur in  
hæredem, non habet locum, quando possessio de-  
functi, medio tempore fuisset occupata. & num. 11.  
fallit ut in nu. 13.
- 5 Restitutio in integrum per viam gratiæ à principe  
concessa condemnato, nō trahitur ad bona medio  
tempore alienata. Secùs si facta fuerit per viam iu-  
stitiæ condemnato pro asserto delicto, non prætex-  
tu alterius iuris.
- 6 Donatio, venditio, vel pax absenti, etiam in mani-  
bus notarij pro absente stipulantis facta non valet,  
si antequam absens ratificet, donator eadem alij po-  
stcā donet, etiā quod in prima adesset constitutum.
- 7 Pax pro absente facta non dicitur rupta, si antequā  
ratificet, absens lèdatur.
- 8 Ratificatio non retrotrahitur in præiudiciū tertij.
- 6 Ratificatio donationis fieri non potest per hæredes  
donatarij.
- 10 Ratificatio debet fieri tempore habili, & eo tempo-  
re, quo actus de nouo geri posset.
- 14 Dictio, omnis, est vniuersalis, cuius natura est non  
recipere aliquam fallentiam.
- 15 Mobilium legato, quando veniant pecuniæ, & om-  
nia alia mobilia, etiam vñalia.
- 16 Animalia an & quando veniant in legato mobi-  
lum.
- 17 Immunitas ab oneribus alicui concessa etiā verbis  
generalibus, & amplis nō extenditur ad onera, que  
imponuntur ratione belli, vel alterius publicæ ne-  
cessitatis inexcogitatæ. Fallit ut ibi.
- 18 Decretum circa onera dicitur transire in contractū,